

## APPROBATIONES

THEOLOGORUM ORDINIS.

**E**X commissione Reverendissimi Patris Antonini Bremond Magistri Generalis Ord. Præd. attente perlegi Opus P. F. Danielis Concinae inscriptum *Theologia Christiana* &c. Quo quidem in Opere non modo nihil inveni quod aut bonis moribus, aut orthodoxæ fidei dissentaneum sit; sed omnia deprehendi ad sanioris doctrinæ regulas exacta, & ex purioribus hausta christianæ Theologiæ fontibus, sacra nempe Scriptura, Patrum sententiis, Conciliorum decretis, summorumque Pontificum constitutionibus. Quare cum eorum disciplina iuvare plurimum possit, ac nimia multarum opinionum laxitas cohereri, luce publica dignissimum censeo.

Veneritis in Collegio Sanctissimi Rosarii die 20. Decembris 1748.

F. Ioannes Vincentius Patuzzi Ord. Præd. in eodem Collegio  
Sacrae Theologiæ Lector Primarius.

**Q**uod bonis cordatisque omnibus in votis erat, ductum tandem ad umbilicum est F. Danielis Concina Viti celeberrimi opus *Theologia Christiana* &c. inscriptum. Iussu Reverendissimi P. Antonini Bremond Ord. Præd. Generalis Magistri illud evolvi, & lubentissime: visus siquidem mihi sum deprehendisse sanctioris Ethicæ monumentum, quod non modo ætatem feret, sed contra invidiæ blandientisque laxitatis molimina æternum stabit, statore Deo, cuius lex, quæ veritas est, nullis terrenæ prudentiæ fucis, nullis probabilissimæ novitatis technis foedata, libera, simplex, ingenua, & purissimis Scripturarum ac Patrum, Augustini præsertim, & Thomæ fontibus hausta hic aseritur, exponitur, vindicatur. Quod igitur felix, laustumque sit, ac toti Christianæ Reipublicæ bene vertat, Opus elaboratissimum lucem adspiciat.

Consuebam Veneritis in Collegio SS. Rosarii idibus Februarii anno 1749.

Fr. Antoninus Valsechi O. P. S. Theologiæ Professor.

PRO.

PROLEGOMENA  
IN DECALOGUM.

PRÆLOQUIUM.



Gyptiorum captivitate solutus Israeliticus populus, reditum, Deo iubente, Moysesque duce, in Palestinam maturavit, immensa miraculorum multitudine stipatus. Sinai desertum ingressus, cursum sibi in regione montis ad cuius verticem Moyses ascendit ut Domini verba audiat. Hoc primum omnium in mandatis a Deo Moyses habuit, videlicet ut induceret filios Iacob & Israel ad commeditanda prodigia quæ in Ægypto operatus est, quidquid Ægyptiis fecerit ut e servitutis iugo in libertatem eos affereret, & quomodo super aquilaram alas illos deduxerit. Deinceps adpromisit, se populum istum delecturum fore in regale sacerdotium, in gentem sanctam, dummodo pactum mutuo inendum custodierit. Responditque omnis populus simul: *Cuncta quæ lo-*

*gare suam Moysi revelavit: Exod. xix. vers. 8. Tam Dominus legem se velle rogare se compararet, iussu est externas vestium fordes abluere, animas sanctitate ornare, sensus comprimere, ab uxoribus abstinere. Sanctifica illos hodie, & cras, Jacvenite vestimenta sua .... Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris, ibid. vers. 10. & 15. His peractis, montis cacumen caligine obductum ardere, fumumque emittere visum est: hinc resonare tonitrua, micars fulguræ, buccinæ clangere, Deum & Moysen invicem colloqui. Promulgandæ legi præfationem brevissimam anteponit, in qua seipsum existere, supremumque dominium in universum orbem habere, atque innumera beneficia populo collata palam facit. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis: Exod. xx. vers. 2. Contestit vero primum mandatum imponit. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiam præcepta mea: ibid. vers. 3. & leg. Divinæ providentiæ ordinem paullulum meditemur, amice Lector, ut ad illum, quoad fieri potest, nos conformemus. Si animas sanctificari, ipsaque corpora purgari Deus iussit, quo ad suscipiendam legem populus dignus evaderet? quo nos convenit animi integritate ad eisdem legis interpretationem accedere? Quo enim sublimis est interpretandæ divinæ legis munus, quam sit sola illius executio; eo quoque maior necessaria nobis est & animæ sanctitas, & mentis acumen, ut germana eiusdem sensa, veramque intelligentiam referat populo valeamus. Perispecta ergo nobis cum sit & mentis nostræ hebetudo, & animi imbecillitas, & conscientiæ vitiositas; illud superest ut supplices preces Deo fundamus, quo suo divino lumine tenebras dissipet, suaque efficacissima gratis animæ crimina abstergat. Porro ut interpretatio nostra ipsi*

Concina Theol. Tom. I.

A

legi,



2 legi, quantum per nos licet, respondeat, antequam præceptorum explicationem agrediamur, quam Deus suæ legi præstationem præmittit, explicemus oportet. Præloquium quod primum Decalogi præceptum antecedit, paucis concluditur verbis, quibus seipsum mundi Dominum Deus declarat. Methodus quam nobis in hac confagenda Theologia præstitimus, postulat ut errores cuique dogmatis aduersantes ob oculos referamus. Inter errores autem quos hominum impietas contra Deum inuexit, omnium immanissimus ille est qui Deum negat, omnemque eicit Diuinitatem. Error iste *Atheismus* nuncupatur. Quoniam vero uniuersæ sapientiæ nostræ summa duabus veluti partibus constat, Dei nempe cognitione, & nostrum; ideo in id totis nervis incumbere debemus ut supremi Numinis primum, deinde nostrum cognitionem assequamur, non quamcumque, sed quam ualeamus clariorem, certiorum, firmiteremque. Hanc uero notitiam ut facilius nascamur, errores in antecessum recensebimus qui aut Deum de suo throno detrudunt, aut plura numina in eodem solo collocant. Atheismum ergo, Deismum, & Polytheismum maiori qua potero breuitate describam. Deinceps momenta quæ Deum, eiuque unitatem evincunt, palam faciam. Hæc omnia non utilia modo, uerum etiam necessaria sunt Theologo, qui morum integritate, ac religione populum imbure debet. Non me latet, moralis Theologiæ tractatores silentio hæc argumenta præterire, ea persuasione præuocant, quod ad solos Theologos Polemicos, aut Dogmaticos pertineant; quæ præoccupatio quam ab ludat a uero, nemo non uidet. Siquidem potissimum ac unicum munus Theologi moralis est populorum animas sanctificare, & ad æternam perducere beatitudinem. Hoc autem fieri nequit, nisi prima Religionis capita explicentur. Religionis uero notitia qui haberi potest, si Deus ignoretur? An ne Religionis strenuus defensor ille foret qui Deum suum existere, ac eisdem, quibus ornatur, prærogatiuas demonstrare nesciret? Nemo ergo antiquis præiudiciis occupatus existimet nos definitos transilire terminos, dum hæc omnia uersamus. Verum ne plus iusto in limine hæreamus, ad rem accedendum est.

CAPUT I.  
DE ATHEISMO.

*Varia Atheorum genera. Euerintæ aliqui ueri Athei, ualde inuertum. Sententia negans uerit.*

I. **A**theus nomen grecum est, quod sine Deo significat. Prima Atheorum diuisio duo comprehendit genera: unum mentis alterum cordis. Rursus Athei mentis in varia tribuuntur genera. Quatuor numerantur a Vassio *Lib. I. de orig. idolatriæ*. Unum eorum est qui eo furoris, & dementiae prolabantur, ut existiment saltem ad tempus Deum non esse. Secundum eorum qui Deum confitentur, illum non colunt, eiuque prouidentiam negant; aut si colunt, illum colunt ob ipsam nature præstantiam, non quod ab eo gratiam, operæ expectent. Tertium est illorum qui aiunt Deum de procerum rebus laborare, minutus uero humillorum negligere. Postremo in genere illi collocantur qui Deum istius tantum, secus future uitæ remuneratorem adorant: quæ Sadduceorum

sententia fuit. Bayless *De Comet. §. 177.* duo alia distinguit Atheorum genera. Alii, inquit, dubitare incipiunt, alii in dubitatione Diuinitatis sistant.

II. An diuisiones istæ exactæ sint, non est quod in disputationem reuocemus. Illud potius edisserendum occurrit, fuerint ne aliqui qui reuera Deum negauerint. Cicero *Lib. I. de nat. deor.* asserit, Protagoram dubitasse deos existere, nullos uero esse statuisse Diagoram Melitum, & Theodorum Cyreniacum. *Lib. II.* idem Cicero introducit Cottam sic loquentem: *Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla deorum suspicio sit.* Alibi enim Tullius, ubi propriam sententiam promittit, oppositum docet. Siquidem *Lib. I. Tuscul. quæst. Ut porro firmissimum hoc asserri uideatur, car deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Multi de istis præca sententia: id enim uicioso more effici solet. Omnes tamen esse eim, & naturam deorum arbitrantur.*

III. Quamquam concederetur paucos recen-  
sitos

sitos Philosophos, & nonnullos alios, ut Euhæmerum, Diogenem Phrygem, deos omnes excelsisse; quid inde? Aliquo ne in loco habendi forent in conspectu infinitæ multitudinis, omniumque populorum, qui Deum confelli sunt? Ceterum negamus uel illos paucos, quos retulimus, in Atheorum cenium perlicribendos esse: quod & auctoritate, & ratione euincitur. Nam, ut ab auctoritate, seu factu aspiciemus, sepe, Philosophi qui gentium numina deridebant, respuebantque, Athei appellabantur a suis ipsi Ethnicis, & deinceps a Christianis, quod ita legerent in gentium libris. Ex pluribus exemplis quibus hoc demonstrare possem, unum & alterum referam. Anaxagoras a Cleone accusatus, quod Solem, quem ut Deum Athenienses colebant, tamquam ferum uidentem, atque ignitum traderet, exilio, & quinque talentis multatus fuit. Et tamen Anaxagoram numen cognouisse testatur Plutarchus in Pericle his uerbis: *Primus uniuersitati non fortunam, neque fatum, ordinate descriptionis principium; sed mentem putauit, ac sinceram præfecit, ab aliis omnibus admixtis similes particulas secernebat.* Quid de Socrate dicam? Nonne ab illidem Atheniensibus propinato ueneno interit, quod ab Anyto, Melito, & Lycone impietatis accusatus fuerit? Et tamen certum est, Socratem Deum factum esse, & coluisse; quamquam deos populi, ceu uana simulacra, reiecit. Quid plura? Iplinet Christiani Athei ab Ethnicis compellabantur, quod gentium deos improbarent, ut testatur S. Iustinus Martyr Apolog. II. *Pocamus autem Athei, & sane confitentur talium, qui habentur, deorum nos esse expertes. & hac ratione Atheus; sed non uersissimi illius Dei, Patris iustitiae, & temperantiæ, & ceterarum uirtutum, & ab omni uitio intacti.* Rationi quoque quam maxime consentaneum est, nullos fuisse saltem ex Philosophis ueros Atheos mentis. Enim uer si nemo oculum hoc aspiceret ualeat, quin illius agnoscat opificem; si uix illa nota adeo est efferata, ut omni numinis cognitione destituta sit; qui fieri potest ut homines scientiarum lumine illustrati Deum aliquando negauerint? Quod Tullius, quod Laertius, alique referant quoddam Philosophos in numerum Atheorum, inde originem duxit quod uulgares populorum deos de throno deturbarent, non quod Deum absolute ignorarent. Si namque, teste Tullio, uix reperitur natio aliqua tam barbara, aut stupida, quæ Deum non agnoscat; præsumi ne rationabiliter potest, Philosophorum aliquem tam

ipsum tenebris obductum fuisse, ut quaque numinum notitia deliratus fuerit? Dicamus ergo, Atheos mentis nec olim fuisse, nec in præsens reperiri. Nam uel sapientes sunt, aut uulgares stulticæ homines. Si docti sapientisque, præter innam cognitionem, natureque infinitum Deum uobis prædicantem, scientiarum lumine uel nolentes Deum confiteri coguntur. Si rustici hebetereque, & inflata natura notitia, & ueris uel confessione Deum uenerantur; quin & in pulchris mores deos invocant. Tamen uero aliqui occurrerunt qui Deum se negare effutirent, non idcirco ut Athei mentis habendi forent, sed tantum cordis.

IV. Quamquam itaque nullos admittamus reperiri Atheos primi generis, qui nec uocem nature Diuinitatem prædicantis audiant, nec in illius uisibili speculo Opificem supremum uideant; plurimos tamen, ualdeque plurimos secundi generis Atheos, cordis nempe, & regnæque olim, & nunc uivere uito fatemur. Atheos illi Scriptura ipsa prodit *Plalmo XLI. Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Quo magis scelerati homines in uitiorum ceno uoluntur, laxioreque appetitionibus suis habenas remittunt, eo profundius in impietatis barathrum se demergere student. Sed quantumcumque toris conetur lacertis, omnique peccatoris robore aditantur hanc diuini Numinis cognitionem excutere, quantumuis rabido ore Deum le negare blasphemant; nunquam tamen uotorum compotes euadunt: de quibus dici potest quod canit Virgilius de Sibylla, *Æneid. Lib. VI.*

*Ab Phœbi nondum patiens immanis in antro  
Baccharum Patres, magnum si peccore posse  
Excussisse Deum: tanto magis ille fatigant  
Os rabidum, fera corda domans, figique  
premendunt.*

CAPUT II.

DE POLYTHEISMO.

*Phylæthesini notio eiusdemque origo, & diuersa genera.*

**N**ullum est tam luculentum argumen-  
tum quod humane mentis imbecillitatem prodit quam Polytheismus. Ad alieus numinis confessionem, uenerationemque natura ipsa cum interiori, tum externa vi urget. Nihil tamen lectius tanta est uitiorum, scelerrumque potentia, & efficacia, ut insitiam hanc Deo notitiam tenebris densissimis obducatur, atque Diuinitatem ipsam uisissimis, inanibusque simulacris tribuat, cultumque



que unico vero Deo surripit. Quod duplici via contingere potest: delectu scilicet, quando quibus ceteris Deo tributum relinquit, ut faciant Athei, si qui sunt; vel excessu, cum nempe cultu superfluo, vel superfluo Deo colitur. Siquidem licet cultus qui vero Deo exhibetur, nunquam fit nimis, nec inutilis, si debito modo fiat; at tamen variis modis corrumpi potest, & potissimum dum falso numini exhibetur, in quo gentiles summoque peccarunt. Ibi enim deorum pluralitatem invenerunt. Sed antequam deorum pluralitatem manifeste, idololatricae origo altius reperitur, manifestandaque est.

II. Quod idololatricae, seu deorum pluralitatis in diabolum, qui in Paradiso terrestri-Adamum ad Divinitatem comparandam insinavit, aliquo modo regeri debeat, nemo inficias iverit. Ceterum omnes fateri haud idololatricae pressae acceptae ratione haudquaquam fuisse primam Adu culpam. Quin falsi incertum est nra Polytheismus ante Diluvium incepit. Hebraeorum aliqui, quos inter R. Maimonides Lib. de idololatricae, docent, tempore Henos idola primum fabricata fuisse: Canterum potius colligitur ex sacra Historia, Gen. iv. vers. 6. ubi Henos dicitur cepisse invocare nomen Domini. Communiore, & vera sententia idololatricae primordia temporis Diluvio posteriori alligat. Audiamus que scribit Lactantius Lib. II. Institutionum cap. xiv. Dico Polytheismum, seu idololatricam solum capisse post Diluvium ex filiis Cham. Io enim post delictum, despectamque parentis Noe nuditatem, abdicatus, atque expulsiis, profugus in ea parte consedit que nunc Arabia nuncupatur, que terra de novum filii sui dicta est Chanaan, & posteri habitatores illius Chanaanati. Hac fuit prima gens que Deum ignoravit, quoniam princeps eius, & sator maledictus a Deo, cultum Dei neglexit, idcirco vera Divinitatis ignorantiam velut hereditariam posteris suis reliquit. Qui deinde nuntium multiplicati, cum non angustia locorum suorum capere non possent, vel a parentibus missi, vel sponte sua, cum rerum penuria cogeret, profugum ad overendes sibi novas sedes: hac atque illuc dispersi sunt. & a stirpe sanctae radicis avulsi, novos sibi mores, ac instituta pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primus, qui Aegyptum occupaverunt, caelestia suscipere, atque artem experient. Et quia, neque domicilium regeruntur propter aeris qualitatem (nec enim illis in ea regione medicibus obtingit calum) ceteros siderum, & delectus naturaverunt, dum ea sepe venerantes,

curiosus atque liberius intuerentur. Postea deinde portentificas animalium figuras, quas colerent, commenti sunt, quibusdam prodigio indulti. Ceteri autem qui per terras dispersi fuerant, admirantes elementa mundi, celum, solem, terram, maria sine ullis imaginibus, ac templis venerabantur, & his sacrificia in aperto celebrabant, donec successu temporum potentissimis Regibus templa, & simulacra fecerunt, eaque victimis, & adoribus colere instituerunt.

III. Quamvis ergo unius veri Dei cognitio omnium effiet inlita animis, peccatorum tamen caligine ita obcurabatur in dies, ut invalescente pravitate, sin antiquata penitus & deleta, sepulta tamen jaceret. Hunc a Deo recessum, atque in monstruosas de numinibus sententias prolapsam egregie describit Augustinus serm. III. de Symb. ad catech. Erroriarum animae per diversa voluptates, & per se, ut alii colerent Solem, alii Lunam, & stellis, alii montes, alii lapides, & quaeque virgultus, ut sibi quisque credidit invenisse, non aduorem Deum, sed deceptorem diabolum: atque ita per diversa anima erravit a creatore suo, ut omne quod dederit ei Deus ad servitium, hoc illa coleret ut Deum. Et quod maiorem ceterae admirationem debet, est quod non modo caelestia corpora nimium a sensu nostro remota, sed ipsas feras, buta, reptilia, & alia monstra horrendae deorum loco habuerunt. Aegyptiorum natio, que in artium liberalium scientiarumque inventionem cultumque principatum iure sibi vindicat: haec, inquam, gens litteris; moribusque magnopere exulta, colantur ut putidos, deformes, horrendoque dehis effinaxerit. Thus, adolevit felidus, crocodilus; bobus; capris, porris, alisque id genus. De his Irenaeus fat. xv.

Porrum, & capre nefas violare, & frangere mosus.  
O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in tortis.  
Numina ...  
Crocodilon adorant  
Pars haec, illa parces saturnum serpentibus ibant.  
Effigies fieri hic nites aures corripit feci.  
IV. Palestini Amorrhaei artem, quem caelesther vocabant, quoque venerabant, ut numen adorabant, quoque venerabant, ut numen adorabant. Drudes multos, & glandibus hostias litabant. In imperio magni Modici, rursus publicas suscipit adorationes. Vitulus aureus Hebraeorum dei Aprir Aegyptiorum similitudinem referebat. Tartarus elephas albus, aut prima bella quaedam principio ce-

currit, deus est. Panica gens hodieum rapas, cepaque colit. In Aethiopia, & Congi regno serpentes, caprae, tigres, aves, & plantae adorantur: & habitatores insulae Formosae diabolus sacra faciunt. Infinitus eslem, fi cuiusque nationis, gentisque numina recentere velent. Varro triginta & amplius millia numinum supputavit, inter que trecentos Ioves, & quadraginta tres Hercules. Roma liquidem suis Ius deos victarum gentium addebat. Hinc Prudentius Lib. II. in Symmach.

Roma triumphantis quoties Ducis in exlyta currum  
Plausibus exceptit, toties altaria divum  
Addidit, & spoliis sibi nra nova numina fecit.

Alter Poeta antiquior Ennius duodecim potissimum numina his duobus clausit veribus.  
Iuno, Vesta, Minerva, Cores, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

V. D. Augustinus Lib. VI. cap. ix. de Civ. Dei. Dei, supputationis Varronis meminit. Denique & esse Varro commemorat, & enumerare deos capite a conceptione hominis, quorum numerum exorsus est a Iove, eamque seriem perduxit usque ad decepti hominis mortem, & deos ea ipsum hominem pertinentes clausit ad Neemiam deam, que in numeribus seriem canitatur. Deinde cepit deos alios ostendere qui pertinerent non ad ipsum hominem, sed ad ea que sunt hominis, sicuti est vitulus, vestitus, & quaecumque alia qua hinc vicia sunt necessaria; ostendens in omnibus quod sit cuiusque motus, & propter quid cuique debeat supplicare. Nonnulla munera que praefata numina obire debebant, describit his verbis Lib. IV. cap. viii. de Civ. Dei. Cui non sufficere videbatur illa vegetia, quamvis seges ab initiis herbis usque ad aristas aridas perveniret? Non tamen satis fuit hominibus deorum multitudinem amantibus, ut anima misera demoniorum turba profunderetur, unius Dei veri castum dignitatem complexum. Praefecerunt ergo Proserpinae Frumentis germinantibus: genticulis nascique culmorum deum Nodotum: volumentis foliolorum deam Volutinam: cum folliculi patebant, ut spica exeat, deam Patelenam: cum segetes novis aristas agnuntur, quia veteres aquare hostire dixerunt, deam Flostiviam: florentibus Frumentis deam Floram: laetiscentibus deam Laeturiam: maturiscentibus deam Maturam: cum runcantur, idest terra auferuntur, deam Runcinam. Nec omnia commemorare, quia me piget: quod illos non pudet.

Contr. Theol. Tom. I.

VI. Nonnulla alia adiciere lubet ex eodem Augustino, ut in pag. dicitur Ethnicorum monstrore dementia; id magis dicantur peccata, ut scilicet damna que humane menti peccata inferunt, dignoscantur. Laudato ergo Lib. VI. cap. ix. haec scribit Augustinus. Quid ipsa numinum officia tam viliter, minutatimque concisa, propter quod eis dicunt pro uniuscuiusque munere supplicari oportere?... Novae severitatis nimice magis quam divinae consonant dignitatis? Si duas quiscumque varices adhiberet infanti, quarum una nihil nisi esum, altera nihil nisi potum daret, sicut isti ad hoc duas adhiberent deas, Educam, & Potinam... Mulieri feta post partum tres deos custodias commemorat (Varro) adhiberi, ne solumus deus per noctem ingredietur, & veset.... Haecine sunt numina Iaburia urbius, magis ridenda, quam ludibria poetarum, & theatrorum? Cum mas, & semina coniungatur, adhibetur deus Iagatius... si doquum est duenda que mibi, adhibetur Domidicus: ut in domo sit, adhibetur deus Domitius: ut maneat cum viro, additur dea Manturna, Quid ultra queritur? Parcat humana verecundia, peragat cetera concupiscentia carnis, & sanguinis prociavit secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turbe numinum, quando & parantibus inde discedant? Et ad hoc impleretur, non ut eorum presentia cogitata, maior sit cura pudicitiae, sed ut femine sexu infirma, novitate parvula, illis cooperantibus, sine ulla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis, & deus Partonius, & dea mater Prema, & dea Partonius, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborantem in illo opere circum ab aliis adiuvari oportebat, non sufficerebatur quibus unus, aut aliqua una? Numquid Venus sola parvus esset, que ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius vi semina virgo esse non desinat? Si ulla est eros in hominibus, que non est in numinibus, nonne cum credunt coniugati tot deos utriusque sexus esse presentes, ut & ille minus movetur, & illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginensis dea, ut virginis zona solvatur; si adest deus Subigus, ut virgini zona solvatur; si adest dea Prema, ut subacta ibi quid facit? Erubescit, eat foras, agat aliquid & maritus. Vultu inobstantem esse, ut quod vocatur illa, impletur quiscumque nisi illi. Sed forte idem adoratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur, & Partonius vacaretur; maritus contra cum pro virginitate posset Maritus auxiliium, quam feta



contra Sileonum. Sed quid hoc dicam? cum ibi sit & Priapus nimis masculus, super cuius immunitatem, & turpissimum fascinum federe nova nupta subebatur, more honestissimo, & religiosissimo Matronarum.

VII. Tandem malis omisit, quæ de gentium diis referri possent, satis est excribere quæ Plinius scribit Lib. II. cap. VII. *Gentes vero quædam animalia, & aliqua etiam ab humana pro diis habent, ac multa dictu magis pudentia, per fæcidos cibos, & alia familia invidantes, Matrimonia quidem inter deos credi, tantoque evo ex his neminem nasci, & alios esse grandævos semper canos, alios juvenes, atque pueros, alii coloris, aligeras, claudos, ovo editos, & æternis diebus viventes, morientesque, periculum prope delatramentorum est; sed super unum impudentiam adulterii inter ipsos fingit, mox iurgia, & cæca, atque etiam furto-nem esse, & scelerum numina.*

## CAPUT III.

## DE POLYTHEISMO IUDÆORUM.

Varia idololatriæ iudæicæ genera. Quid in deserto adoraverint Iudæi.

**I. VIX** in mentem venire potest, Hebræos idololatriæ crimine pollutos aliquando fuisse. Hi quippe, præter communiam nature monumenta, quæ Deum unicum existere omnibus prædicant, divinæ revelatiōnis lumine perfusi, ac immensa prodigiorum multitudine instructi, ubique præsentem Deum videbant. Sed ea est & humane mentis exiguitas, & prævalentis malitiæ potestas, ut in ipso meridie cæcitant mentes, scelerum calligine obductæ. Longa vivendi cum Aegyptiis consuetudo non levis illis fuit idololatriæ occasio. Potissimum ac publicum idololatriæ sceleris quod perpetrarunt Israelitæ, fuit adoratio aurei vituli in deserto. Moyse enim cum Deo loquente, moralique trahente, populis rædior affectus ab Aaron petiit ibi deos præficere, qui iter per desertum dirigerent. *Fac nobis deos, qui nos præcedant: Exod. 32. vers. 1. Aaron, sive timore populi tumultuantis periculis, sine errore deceptus, vitulum aureum opere furioso ex femininarum monilibus confectum propoliit adorandum: Ad hunc confectum clamantur omnes: Hi sunt dii tui, Israel, qui te educauerunt de terra Aegypti: ibidem vers. 4.*

II. Post hostias auro vitulo oblatas, aliis victimibus, purissimæ animalibus thus adolere Iudæi. Hinc est quod alii appellati sunt *Ramatite*, qui ranas colebant; alii dicebantur

*Musorite*, murium adoratores, occasione accepta ex quinque muribus aureis quos gentes Philistinum repoluerunt in Arca, cum eam relinquerent Israelitico populo, ut habetur I. Reg. V. Fortuitivè dicebantur illi qui Lanaan ut celi Reginam colebant. *Mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Regine celi: Hier. vii. vers. 18.* Inter Polytheos Iudæorum celebres obinauditam crudelitatem fuerunt *Tophetis*, qui filios suos, seu vivas hostias, demonibus litabant in loco, seu silva illo Moloch dicata, & in valle filiorum Ennon posita. Holocaustum illud fiebat rubis, ac tympanis perirepentiibus, atque voce altissima sacerdotibus clamantibus, ne filiorum eluitatis parentum aures vellicarent. De his loquitur David Psal. cv. *Immolaverunt filios suos, & filias suas demonibus. Tophetis autem tympanum significat, de quo Hierem. vii. vers. 31. Et edificaverunt excelsa Tophetis, quæ est in valle filii Ennon. Tandem aliis prætermittis, Remphanis, & Molochite illi fuerunt qui Moloch, & Remphan adorabant, quæ Ammonitarum idola erant. De his sermo est Act. vii. vers. 43. *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sedes Dei vestri Remphan, figuræ, quas facistis, adorare eas.**

III. Recentius variis Polytheismi Iudæorum generibus, inquirendum superest, in quo sita erat eorum idololatria. Et quia inter omnes morum superstitiones celebrissima est illa cui in deserto adhaerere, thus adolentes auro vitulo; idcirco in examen vocatur quid reapse in eodem vitulo adoraverint. Calvinus Lib. I. instit. cap. xi. §. 9. & 10. Vossius Lib. I. de orig. idolol. cap. III. contendunt Hebræos idololatrias fuisse, non quod pro Deo vitulum habuerint; sed quod fuit sensibile imagine, seu simulacro, verum Deum adoraverint. Hoc commentum sunt, ut viam sibi ferant ad arguendos idololatrias Catholicos, qui sub imaginibus Sanctos, ac Deum ipsum venerantur. *Nec tam proflus incogitantes (inquit Calvinus loc. cit.) erant Iudæi, ut non meminissent Deum fuisse cuius manu ducti essent ex Aegypto, antequam fabricarent vitulum.* Vossius subdit, Hebræos Deo oblitos fuisse non proprie, & voluntaria obliuione, quasi a Deo vero recesserint, deoque gentium adoraverint; sed oblitos fuerant, quatenus symbolo interdicto, moreque paganorum Deum verum colere.

IV. Hæc Calvinus, Vossius, aliorumque gregalium interpretatio contentiæ est, & commoda falla. Ut vero enucleare res rota explicetur, non negamus idololatriæ reo dicendos esse

esse Iudæos, quod sub Ethnicorum reprobo simulacro Deum verum adoraverint; quin aperte fateamur, ob hoc etiam quod sub effigie vituli, insilita ad representandum deum Aegyptiorum, verum Deum adoraverunt, idololatrias extitisse: cum enim ritus paganicus, eorumque idola suapte natura mala sint, nulla valent interna exulari intentione, quamvis sancta. Et ad hoc quod attinet, subscrībimus Vossio dicenti: *Coluere enim Deum ista gentili, qui præterquam quod divinis voluntati esset repugnantisimus cultus, in ista humanarum mentium caligine plenissimus periculi fuit: quæ experientia ostendit quam facile cultus symbolicus in proprium convertatur.*

V. Ex hæc Vossius, & communi doctrina facile conficere est, Israelitas declinasse in cultum Apim, seu Serapim, quem Aegyptii in effigie bovis, aut vituli adorabant ut deum. Cur non aliud symbolum? Cur non aliud simulacrum quam Aegyptiorum constaret? Si idem cum Aegyptiis symbolum, cur non & eandem cum illis deum? Sed quid coniecturis inhezemus, cum Scripturæ sanctæ aperte declarant Iudæos idololatrias fuisse, quod deos Aegyptiorum adoraverint, & a vero Deo recesserint. Quid enim prodit illud Exod. xxxii. vers. 1. *Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant?* Hæcque verus Deus sub columna ignis per noctem, & nubis per diem eos præcessit, itereque direxit. Cur ergo Deum Israelis non petierunt, non invocaverunt? cur sub forma ignis, aut nubis, aut alterius miraculi ex plurimis pro eorum libertate patris, non petierunt sibi verum Deum representari? Cur tanto furore Aegyptiorum simulacra postularunt? De Aaron, qui vitulum adorandum proposuit, iure dabitur potest, nun Aegyptiorum deos colendos obtulerit. Et ego quidem in ea sua sententia, quod Aaron, timore populi ad malum prout exterritus, vitulum confecerit, miraque dumtaxat indulgentiæ, & externæ idololatriæ reus fuerit; ac interiore cultu verum Deum adorasse, neque ab eo desivisse, probabilis mihi est: & colligitur ex illius verbis quibus suavit Domini solemnem celebrari: *Gras Iolemitas Domini est: ibid. vers. 5.*

VI. Ceterum quod populus Iudæicus a vero Deo recesserit, deos falsos adoraverit in vitulorum symbolis, adeo compertum, exploratamque est, ut solus Calvinus, eiusque gregales, ira, livoreque in Catholicos perciti, contrarium doceant. Cuius veritatis non alium quæro iudicem præter Scripturam ipsam, quæ conceptis verbis testatur, populum reliquissimum verum Deum, disique alienis thus ado-

levisse. Dent. xxxii. vers. 15. & seq. *Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo factore sui. Provocaverunt eum in diis alienis, immolaverunt demonibus, & non Deo... Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Dominum creatorem tuum. Si in vitulo Deum verum coluisset populus, qui dici poterat hostias cum hostiæ demonibus? Sed tæxus promittimus ex ipso loco Exod. ubi narratur vitulum simulacrum confectum, & adoratum fuisse. Igitur hoc, cit. vers. 8. hæc Deas ipse Moyse dixit & feceruntque illi vitulum consilium, & adoraverunt, atque immolantes eis hostias, dixerunt: Ipsi sunt dii tui, Israel, qui te educauerunt de terra Aegypti. Hostias, & victimas huic vitulo immolantur: ut Deum ergo cui soli victimæ mactantur, colerent. Ipsi sunt dii tui, Israel, qui te educauerunt. Si de vero Deo sermone habuissent, an dixissent istos esse deos suæ libertatis vindices? Quod plura? Moyseis apertissime dicit, populum istum deos ibi conficere auros: ibid. vers. 31. *Peccaverit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos auros.* Scripturæ ergo testatur populum Iudæicum terga vero Deo dedisse, eoque relicto, deos auros conficere, disique gentium cultum obtulisse. Quæ ergo fronte Calvinus, qui pluraquam thralonica iactatione ad divini verbi tribunal causam quamque appellat: qua, inquam, fronte scribere audeo loc. cit. *Nihilominus & Deum aeternum Iudæi, unum, verumque celi, ac terre Dominum sub talibus simulacris permissi erant se colere: & gentes suas, licet falsos, deos, quos tamen in celo habitare fingent.* Conferatur hæc cum textibus adductis; & consilium palam fiet quam impudens sit Calvinus commentatio, quam idcirco malo dolo excogitavit, ut superstitionis reos peragere Catholicos posset.*

VII. Persequitur enim ibid. §. 10. *Hoc qui antebac factum, & nostra etiam memoria fieri negant, impudenter mentuntur.* Cur enim coram illis posteruntur? Cur se ad illa præcipientia tangam ad quæ convertuntur? Si quidem verum est quod ait Augustinus, neminem orare, vel adorare sic inuentem simulacrum, qui non sic afficiatur ut ab eo exaudiri se patet... cur pro illis hodie tanquam pro aris & focis, ad cades usque, & strages gladantur, ut facilius latari sint inquam Deum sibi eripi quam sua idola? Et tamen nondum crassus unquam errores... enumerat: tantummodo quod ipsi profitentur, quom se maxime ad idololatriam progere solent. Non vacamus, inquam, nos deos aut. Neque illos aut Iudæi, aut Gentiles olim vocabant; & tamen Prophe-



te passim illis fornicationes cum ligno, & lapide exprobrare non desinebant. Iudaei ergo sua symbola deos non vocarunt? Hoc negare audeat Calvinus? An non deos appellarunt, cum fabricato vitulo clamarent: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de Aegypto?* An non testatur Scriptura, peccatum maximum Iudaeos peccasse, quod fecerint sibi deos aureos? Nec Gentiles sua simulacra deos vocarunt, cum triginta & amplius mille deos venerati sunt? Nec nos asserimus, Ethnicos omnes in capis, porricque Divinitatis quidquam agnovisse; sed idololatras erant, quod falsa nomina in putidis symbolis colerent. Polytheismum ab Ethnicis, & Hebraeis libentissime Calvinus auferret; domando quocumque modo notam Catholicis idololatriam intrare posset. Sed vanissimi sunt illius conatus. Augustinum sibi procreantem iactabundus obtrudit. *Leporatus* (inquit §. 9.) *excusationes quas ab idololatriis suis sancti pretextas refert Augustinus*. Cum de cultu sacrarum imaginum, & Sanctorum sermo erit, omnia pro dignitate expendemus. Quaelibet nunc vertitur de idololatria perpetrata a Iudeis in vituli adoratione, quam non simulacrum vitulinum, seu deum Aegyptiorum, sed Deum verum respexisse Calvinus contendit, ut inde aniam arripiat Catholicos traducendi. Quam sit impudens illius impostura, siquae natura patet. Id solum addam, Augustinum, quem pro se Calvinus allegat, apertissime illi adversari. Et in primis bona fides desideranda in Calvino est, qui, ut evincat, Iudaeos Deum verum in vitulo coluisse, citat Augustinum in *Plal.* xliii. ubi Sanctus Doctor invehitur in simulacra paganorum, eorumque excelsiones impugandas affumit, nec ibi de vitulo deseri sermonem habet. Hanc quaestionem verlat explicans *Plal.* xxxiii. ubi haec habet: *Nam & unde vitulus ille quem adoravit populus infidelis, & apostata, quereus deos Aegyptiorum, admittens eam qui liberavit de Aegypto? Quis ad haec Calvinus, eiusque gregales? Ibidem Augustinus appellat Iudaeos adoratores diaboli.*

VIII. Non est ergo ambigendi locus Iudaeos falsa Aegyptiorum numina in auro simulacro adorasse. Quod si aliquid, ut Aaron, Deum verum in illo vitulo venerati fuissent, non propterea excusandi forent a superstitione, tum quod contra divinum mandatum sculptile adificarunt, tum quod ritu pagano, ac symbolo verito Deum colerunt, tum denique quod immensam Dei praesentiam in illo symbolo commiserant, putantes minime sibi Deum propitiorem fore, nisi oculis corporeis illum ceme-

rent. Quis vero Catholicorum quidquam his deliramentis simile umquam excogitavit? Ipsi omnes Deum ubique propitium credunt; quamquam & templa adificent, cum loca in quibus speciatim Deus adit, & imagines pingant, per quas anima sensibus obiecta excutitur ad divinum cultum. Sed de his suis suo loco.

## CAPUT IV.

Rationes proponuntur quae Deum esse ostendant.

I. **R**ecensitis erroribus existentiae, & unitati Dei contrariis, reclusis disputationis ordo postulat ut argumenta promanentia quae & Deum existere, & unicum esse evincunt. Antequam tamen ad rei caput accedo, illud praefari convenit, me fere invitem hanc veritatem, nempe Deum esse, demonsttrandam suscipere. Quae namque siquae natura manifesta sunt, haudquaquam egent probatione. Prima enim principia in unoquoque genere edicuntur quae quoniam sunt, non convenit demonstare, ut Philo sophus ipse docet. An nec cum Sol lucet, disputandum erit, utrum luceat, aut sit? Vel evincendum ignem esse calidum, albam nivem? Porro non minus perspicuum est, Deum Divinitatis suae radiosam hominum mentes immittere, quam Solem in meridie sereno caelo lucem affundere. *Illuminat omnem hominem ventrem in hunc mundum*. Verum quamquam divinus hic Sol universum replet immensa luce orbem; non desunt tamen qui oculos, ne videant, claudunt, haecque resciciunt divinam. Rationes ergo quas allatur sumus, eo in primis tendunt, ut excorum oculos, quoad fieri potest, aperiant, mentiumque humanarum aegritudinem peccatis contractae mediantur. Deum siquidem existere, ita est de se notum, ut nulla possit evidentius fieri ratio. Quare lumina animi demissione, ac humilitate profunda, non contentendi, & altercandi pruritu, hanc quaestionem versandam aggrediamur oportet. Nimirum enim maiestatis decrutores opprimuntur, atque hebetantur.

II. Duo probationum genera afferunt in medium solent, quibus humane mentis nix ad supremum Numen cognoscendum affurgant. Aliae sunt populares, communi omnium capacitati aptissime contentantur; aliae metaphysico sublimitatem, & exquisitiorum eruditionem sapiant, minori tamen possent efficacitate. Plus namque quae sensibus propitiore, quam quae ab istem abstracta sunt, men-

mentes subigunt hominum, non solum vulgarium, sed doctiorum quoque; quidquid nonnulli quandoque in contrarium, vana quadam ducti ostentatione, iactent. Quocumque tamen probationum genera, quae pro Dei existentia afferri queunt, non ex prioribus, & antecedentibus principis colliguntur, (nihil quippe Deo prius est) sed ex effectibus, & iis quae posteriora sunt. Hoc in capite quinque rationes quas D. Thomas 1. par. quae. 11. art. 3. ex Patribus collectas prodit, brevissime perstringemus, alias populares suis capite sequenti explicaturi.

## PRIMA D. THOMAE RATIO.

III. Evidentia experientia constat, corpora haec omnia mutationi esse obnoxia. Porro dum moventur, ab aliquo moventur necesse est: omne enim quod movetur, ab alio movetur. Aut ergo ab immobili; aut a mobili motore motum recipiunt corpora mota. Si ab immobili, iam habemus quod querimus, nempe motorem immobilem, qui omnia movet, & a nomine moventur. Hic autem Deus est. Si a mobili, rursus hic ab alio pendet. Ne ergo processus fiat in infinitum, admittendum necessario est motum immobilem. Non me fugit, non paucis obnoxiam esse cavillis rationem istam, quam sub calamo referunt D. Thomae Interpretes. Rem nos paucis expediemus, clarius explicando propositiones singulas. Et primo quod omne corpus motum ab alio moveri debeat, satis est competentum. Nihil enim potest esse movens, & motum, secundum eandem rationem: quia, prout movetur, in potestate est ad quod movetur; movet autem secundum quod est in actu. Quod autem idem eodem tempore simul in actu sit, & in potentia iuxta eandem rationem, repugnantia est manifesta. Actus quippe, potentiae includit privationem, & e contrario. Rursus processus in infinitum in moventibus per se mutuo subiectis pariter repugnat. Si enim numero infiniti motores essent, primus reperiri neutiquam posset: nullis enim terminis clauditur infinitum. Quapropter si primus designari queat motor, minime essent infiniti motores. Quae quidem ratiocinatio locum habet tum in iis quorum unum per se, & essentialiter ab alio in suo motu pendet; tum in iis quorum unum per accidens alteri subicitur: quia licet admitti causantur infinita collectio posset, ut si ab aeterno mundum Deus creasset; semper tamen admittendum foret principium, quod eiuusmodi collectionem efficeret. Quoniam si qua-

que causa essentialiter ab altera pendet, tota quoque collectio causantium alteri causae subicitur necesse est. Pradicata namque, ut vocant, essentialia rei competent in quocumque statu. Quid quod, si quaeque causa ab alia in suo motu pendet, & haec ab alia, nunquam ad primam perveniri posset? Infinitum enim caret primo. Nihil ergo producti posset. Tolland omnino praeteritum effici impudensissimum Atheorum reponit, motum essentialentem esse ipsi materiam, & hanc ipsam movere. Nunquam ergo quiescere posset quod evidenter falsum est.

IV. Cavillandi exercitio erunt qui Atheorum ore reponant, & ut ad omnia abutantur, inquit Cicero *Lib. I. de nat. deor.* atomorum regno, & licentia, dicent omnia esse atomis ab aeterno agitatae produci. Hinc quocumque in solum venit, ut dicitur, effingunt, atque efficiunt, inquit Tullius. Sed qua vi atomi ita aguntur? Sua gravitate, subdunt. Unde vero gravitatem habuerunt istam? A se ipsis? Dii ergo atomi illic; & tot dii, quot atomi: & quoniam invidia haec corpulcula, alia levia sunt, alia aspera, a rotunda alia, partim angulata, curvata quadam & quasi adunca; eiuusmodi erunt dii esse atomis constari. *Sint*, inquit Cicero, *ex atomis. Non igitur aeterni. Quod enim ex atomis sit, id natum aliquando sit. Si natum, nulli dii aeternam nati. Et fortius est deorum, meritis sit necesse est. . . . Ubi igitur illud vestrum beatum, & aeternum? Quibus duobus verbis significatis Deum. Quod cum efficeret nullis, in demota corporeis. Ita enim dicebas (Cotta) non corpus esse in Deo, sed quasi corpus, nec sanguinem, sed quasi sanguinem. Hoc per se factis, ut cum aliquid non verificabile dicitur, & effugere reprehensionem velitis, asseratis aliquid quod omnino non fieri quidem possit: ut *Justus fuerit id ipsum de quo ambigitur, concedere, quam tum insuperatere resistere; velut Epicurus, cum videret, si atomi fuerant in locum inferiorum saepe pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset contra motum certus, & necessarius, invenit quoniam necessitatem effugeret: quod videlicet Democritum suggerat: ait atomum, cum pondere, & gravitate directo deorsum feratur, declinat, paululum. Hoc dicere turpius est, quam illud quod vult, non posse defendere. Verum de his plura infra ex eodem Tullio, hunc fortissimum atomorum concursum acriter exagitate.**

## SECUNDA RATIO.

V. Effecta quae in universo spectamus, ab



electricibus causis dimanare, inficias ire nemo valet. Nam si dicatur aliquid esse quod nihil precedit, sed a semetipso suum esse accipit, iam Deum exilire conceditur. Si vero ab aliq. efficitur, tum inquiritur, a quo hoc aliq. proficiatur: & de hoc alio sermo recurrit idem usque ad infinitum. Hanc D. Thomæ rationem alii Patres prius prodiderant. Ioannes Damascenus Lib. 7. his verbis eam explicat: *Omnia quæcumque sunt, vel creata sunt, vel increata. Quod si creata sunt, omnino sunt mutabilia. Quorum enim esse a mutatione capis, hæc mutationi plane subiecta erunt, sive coramponantur, sive voluntate mutantur. Si increata sunt, ex consequentia ratione profus immutabilia sunt. Nam quorum esse contrarium est, his certo modo esse contraria ratione convenit que sunt proprietates. Quis igitur non assentiret, omnia que sunt, non modo que sub sensibus nostris cadunt, verum etiam & Angelos, variari, atque mutari, ac multis modis moveri, atque converteri.* &c. & paulo infra: *Itaque quæ sine mutabilitate plane erunt creata. Si creata sunt, profus ab aliquo condita sunt. Oportet autem conditorem increatum esse. Nam si etiam ille creatus est, omnino ab aliquo creatus est: donec ad increatum aliquid procedendo perveniat. Increatus ergo conditor plane est, & immutabilis. Hoc vero quid aliud potest esse quam Deus?*

VI. Qui contendendi, rixandique pruritu, non inquirende veritatis amore dilipant, repone solent, singulos atque homines a singulis produci, videlicet Petrum a Paulo, Paulum a Francisco, & idem de singulis dici; secus vero totam collectionem, puta totum genus humanum. Quod patet in Republica, cuius homines singulariter accepti subditi sunt; omnes autem coniunctim nulli subiacent potestati.

VII. Minime opus multis est ut responsionis istius fatuitas ostendatur, cum supra se prodar natura. Verum habet quod a singulis ad collectionem non semper recta influatur argumentatio, ut patet in exemplo adducto. Siquidem regimen convenit collectioni hominum, non singulis hominibus: & quoties prædicata respiciunt quantitatem sive diversitatem, sive continuum, variatur, ut dicunt, appellatio, & consequentia a partibus ad totum non consistit. Ne multa: in prædicatis accidentalibus non semper argumentatio a singulis ad collectionem bona est. Quippe aliquæ externæ, & accidentales prærogative toti competere, secus partibus, sepe valent. Contra in prædicatis essentialibus semper a singulis ad

collectionem consequentia optima est. Quis que homo ratione præditus est: ergo omnes homines rationales sunt. Quilibet homo ab alio producit, & eoque essentialiter pendet: ergo omnes homines producantur necesse est. Sed clarius rem habeto. Quid lodes hæc tota hominum collectio addit ad singulos homines? Anne ipsa hominum collectio producit? Anne a membris seivanda, & abstracta consistit? Quid porro confer perigium ad infinitum? Nam semel concessio quod quilibet homo ab alio essentialiter pendet: etiam si admitteretur infinita hominum collectio, hæc ab alio penderet. Quamquam hæc infinitas commentaria omnino est, cuius nec vola, nec vestigium unquam apparuit.

VIII. Ut hæc omnia clarius affulgeant, lubet proferre quæ scribit Theodorus Abuca-rit in tertio Dialogo. *Hominum, inquit, certus est numerus. Fingamus illos esse centum. Non possunt illi omnes esse genti. Quippe ab invicem propagati sunt. Itaque generalitatem retro percurrentes nostra mens plane unum in regnum incidit ingentium. Non enim fieri potest ut eum ad primam pervenerimus, dicamus ipsum ab alio esse gentem. Quandoquidem etiam ille ab alio est gentis, donec in primo quopiam ingenio mentem nostram defixerimus. Igitur necesse est ipsum vel extra editum esse, vel ut stirpis: vel esse æternum; vel ab ipse aliquo factum. Atqui si ex terra pullulasset, adhuc usque in hodiernum diem alios terra procuraret; sicut fit in genere arborum, vel herbarum. At quia hoc fieri non videmus, manifestum est neque primum germinasse. Sed nec æternus erat. Si enim principio carisset, essetque æternus, nunquam mortuus fuisset, neque interisset. Quod enim principium non habet, neque finem habet. Relinquitur igitur ut factus fuerit. Quod autem factum est, auctorem habet. Est igitur creator, & auctor hominum Deus.*

### TRES ALIÆ RATIONES

*brevisime perscrivantur.*

IX. Tertia D. Thomæ ratio eiusmodi est. Quæ in hoc mundo sunt, contingenda sunt, seu contingenter existunt. Hoc experientia evidenter constat: sunt enim mutationes, & interitui subiecta. Capacitatem ergo, potestatemque habent aut ut existant, aut contra. Admittendum ergo est aliquid quod sit necessarium. Quod enim solam habet ad existendum potestatem, in lucem se solo prodire nonquit. Quæ namque ratione id quod nondum est,

est, efficere ut sit valet? Porro quod solummodo potestatem habet ut sit, re nondum est. Quod autem re nondum est, nec aliud a se distinguit, nec seipsum producere ullo modo potest. Hanc rationem, quæ validissima est, possent fulsore explicare sermone, nisi præstituta brevitas officeret.

X. Quarta ratio, rerum, quæ minorem, maioremque bonitatem expriment, varietati nititur. Siquidem talis in rebus huius mundi bonitatis, atque perfectionum ordo relucet, ut alia minus, aliæ magis bonæ sint. Ergo admittendum maximum bonum est, quod omnium causa sit. Hanc rationem fulsore ponit Augustinus Lib. VIII. de Civ. Dei cap. VI. *Consideraverunt enim, quidquid est, vel corpus esse, vel vitam; meliusque aliquid vitæ esse quam corpus; speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem vitæ: prout intelligibilem speciem sensibili prætererunt. Sensibilia dicimus que visu tactuque corporis sentiri queunt; intelligibilia que conspectu mentis intelligi possunt. Quod autem recipit manus aut minus, sine dubitatione mutabile est. Unde ingeniosi, & docti, & in his exercitiis homines facile collegorunt, non esse in eis rebus primam speciem ubi mutabilitas esse convincitur. Cum igitur in eorum conspectu & corpus, & animus magis minusque speciosa essent; & si omni specie carere possent, omnino nulla essent; evident est aliquid ubi prima esset incommutabilis species, & idem nec comparabilis: atque ibi esse rerum principium rectissime crediderunt quod factum non esset, & ex quo facta cuncta essent. Ita quod notum est Dei, ipse manifestavit eis, cum ab eis invisibilia eius per ea que facta sunt, intellecta conspecta sunt.*

XI. Postrema Angelici Doctoris ratio ex uniformi omnium creaturarum in eundem finem conspiratione accersitur. Ipsi enim conspiciunt illa ipsa quæ cognitione carent, in eundem abripi finem. Hæc autem, utopie intelligentia destituta, nequeunt sibi talem præstitueri finem, nec quæ ad eundem assequendum apta sint media deprehendere. Aliquam ergo fateamur oportet intelligentem causam, quæ corpora ista regat, dirigat, atque gubernet. Quid quod illorum plura contrariis invicem qualitatibus pugnant, digladiantur? Tamen, ut bonum commune universi sartum tutum custodiat, sedus ineunt, & amicitiam, mirabilem concordia eo sua collineant molimina. Fieri ne hoc valet absque duce, qui tamquam universalis provisor omnia temperet, regatque? Aut corpora ista innata propensione, inuito pondere eundem attinge-

re scopum prævent, si adversus inclinationibus in transversum aguntur? Hæc ratio illustrior evadit, cum popularia exponatur argumenta.

### CAPUT V.

*Alio dilemmate arguntur Athei, & Deiste.*

UT cum Atheos, tum Deistas alio ex capite ad incitas redigamus, hoc illos adorim dilemmate, quo utitur Blasius Palchalis in suis de Religione cogitationibus. Aus exilist Deus, aut secus. Nulla hic ad per- fugium rima patet. Cui adhaeres parti? Ratio, inquis, humana neutram adfirmare, neutram evidenter partem negare potest. Facta se habere rem. Cur ergo me erroris arguis, quod aio Deum esse? Te condemno, inquis, quod alteram elegeris, seu quod ab utraque parte non abstinueris. Ita ne vero? Iam in casses incidisti. Quippe qui anceps hæret, exilist ne Deus, an secus. Deum recipere. Hoc in aliis ludis hæd accidit; sed liberum cuique est si ab omni parte integrum servare. Istic facienda est æqua: quoniam qui necum non est, contra me est. Alteruti ergo adhaeres parti oportet. Si indifferenter te habes, negantem amplexus es partem, ratione repugnantem. Quoniam si Deus exilist, tu ætemas dabis penas.

II. Illud nunc reliquum est, cui extremorum committere te debeas. Per te æquale est utriusque prætere alterum, quod ratio humana alteram prætere alteri nequeat. Nihil ergo expendendum superest, nisi cuiusque partis lucrum, & iactura. Si quemadmodum æquale est periculum aut evincendi, aut succumbendi, ita æquale esset cuiusque partis aut iactura, aut lucrum; alteram pro ingenio eligere tentum quires. Si e contrario partis adie- mantis lucrum sit summum, & parva iactura; negantis autem partis iactura sit infinita, & lucrum exiguum: aut rationem exuas, aut partem que infinitum lucrum promittit, parvamque minatur iacturam, feligis necessum est. Porro Dei fidem suscipiendo, si vicis, victoria infinita est, lucrum immensum: si erras, nulla est iactura. Elige ergo Dei exitentiam. Quid hifidis? Suspendium tenere animi non nequis. Lucidam omnino est. Nisi ludas, partem negantem amplecteris, cui æterna annexa calamitas est, infinita supplicia. Nonne in quolibet sortuito ludo, cuius utraque pars æquale periculum præfert, illic sortem concis, ubi lucrum duplo damnum superat? Quid si centies, quid si millicies, quid si millia millium lucrum excederet damnum? Profecto si







scio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem quoadmodum assererent ex corporeculis, non colore, non qualitate aliqua, quae visiva Graeci vocant, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere, atque casu mundum esse perfectum? vel immutabilis potius in omni puncto temporis aetate nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concussus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quae sunt mirum opera, & multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutitur, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem celi orationem, qui locus est proximus, suspexisset videretur. Praeclaro ergo Aristoteles, si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent, bonis, & illustribus domiciliis, quae essent orata lignis, atque picturis, instructaque rebus, ut omnibus quibus abundavit illi qui beati putantur, nos tamen existentem unquam supra terram; acciperent autem famam, & audirent esse quoddam novum, & vim deorum: deinde aliquo tempore, patefactis terrae faucibus, ex illis abditis seclibus evadere in haec loca quae nos incolimus, atque exire potuissent: cum repente terram, & maria, calumque viderent, rubrum magnitudinem, ventorumque vim cognovissent, apexissentque Solem, eiusque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret, toto calo luce diffusa; cum autem terras non opacasset, tum calum totum corerent aethris distinctum, & orationem, Lunaeque hominum varietatem tum crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus, & occasus, atque in uno attentate ratos, immutabilesque cursus: haec cum viderent, profecto & esse deos, & haec tanta opera deorum esse arbutarentur. Atque haec quidem ille.

V. Hec ex Aristotele Cicero, qui deinceps ipse persequitur urgere argumentationem alia non minus vivida eloquentique descriptione. Nos autem (indubit ille) teobras cogitemus, quanta quoddam eruptione atomorum ignium finitimas regiones obstraxisset dicuntur, ut per biduum nemo hominum homo agnosceret. Cum autem tertio die Sol illuxisset, tum ut reversisse sibi viderentur. Quod si hoc idem ex reversis teobris contingeret, ut subito lucem aspiceremus; quamquam species celi videretur? Sed assidue te quaedam, & consuetudine oculorum esse ceterum animi: neque admittunt, neque resumuntur rationes earum rerum quas semper vident: perinde quasi novitas nos magis, quam magnitudo rerum debeat ad excipienda causas excitare. Quis enim hunc

hominem dixerit qui cum certos celi motus, tam ratos ashorum ordines, tanquam omnia inter se comexa, & apta viderit, neget in his ultimis melle rationem; eoque casu fieri dicat quae quanto consilio gerantur, nullo consilio assignari possimus? An cum machinatione quadam imperi aliquid videremus, ut sphaeram, ut hores, ut alia permulta non dubitamus quin illa opera sint rationis? Cum autem impetum celi admirabili cum celeritate moveri, vertique videremus, constantissime conscientem vicissitudinis amovesevarias, cum summa salute, & conservatione rerum omnium; dubitamus quin ea, non solum ratione fieri, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione?

VI. Alteram sensibus adhuc propinquiores insituit Tullius descriptionem, terrestri globi imaginem coloribus, lineamentis, & ornati-bus distinctam ob oculos referens: quae, quoniam non modo elegantiam, & eloquentiam Tullianam mirabiliter praestet, sed efficax, validaque est ad Numinis cognitionem excitandam, idcirco isthuc transcribenda est. Licet enim iam (inquit ibidem) remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum, quas divina providentia dicimus constitutas. Ac principio terra viroreque cernatur locata in media mundi sede, solida, & globosa, & undique ipsa in se se partibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus: quorum omnium incredibili multitudo insatiabili varietate distinguitur... Adde huc fontium gelidas perennitates, liquorum perlicidos amiam, riparum vestitus diversissimos, speluncaarum cavernas altitudines, immensitatesque camporum. Adde etiam reconditas auri, argenticque venas, infinitamque vim nivarioris. Quae vero, & quam varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. Qui volucrum lapsus, atque cantus? Qui peculium barbarum genere dicam? Qui quascultores terra constituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum esse arari, nec stirpium asperitate quassari, quorumque operibus agri, insula, littraeque collucent, distincta telluris. Quae si ut amnis, sic oculis videre possimus, nemo cunctam intrens terram, de divina ratione dubitaret.

VII. Iuvat adicere, quam persequitur, descriptionem maris, aenis, & aetheris. At vero quanta maris est pulchritudo? Quae species universi? Quae multitudo, & varietas insularum? Quae amentitas earum, & littorum? Quot genera, quamque disparia, partim submersarum, partim fluitantium, & imitantium belluarum,

par-

parum ad saxa nativis testis inhererentium. Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus claudit, ut una ex duabus naturis constare videatur. Exinde mari finitimus aer dicitur, & modo distinguitur: isque tum sifus, & extenuatus in sublime fertur; tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram aënis imbribus; tum effluens hinc, & illic ventos efficit. Idem annuus frigus, & calor non facit varietates; idemque & volatus alium sustinet, & spiritus ductus alit, & sustentat animantes. Restat ultimus, & a dominis nostris altissimus; omnia cogens, & coercens celsi complexus, qui idem ether vocatur, extrema ora, & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima igne forme cursus ordinatos definitur: e quibus Sol, cuius magnitudine multis partibus terra superatur, circum eam ipsam volvitur, isque oriens, & occidens, diem, noctemque conficit: & modo accedens, tum autem recedens, binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit: quarum intervallo tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim latificat, ut cum calo hilarata videatur. Luna autem, quae est; ut ostendunt Mathematici, major quam dimidia pars terra, isdem spatii vagatur quibus Sol; sed tum congregans cum Sole, tum digrediens, & eam lucem quam a Sole accipit, mittit in terras, & varias ipsa mutationes lucis habet: atque etiam tum subiecta, atque opposita Soli, radius eius, & lumen obscurat: tum ipsa incidens in umbram terra, cum est e regione Solis, interpositum, interiectumque terra repente deficit &c... Haec omnis descriptio fidetur, atque hic tantus celi ornatus ex corporibus lucis, atque illuc casu, & temere concurrentibus efficit, cuiusnam sano videri potest? Aut vero alia aëne natura mentis, & rationis expertis haec efficere potuit, quae non modo ut fieret, ratione egerent, sed intelligi, qualia sint, sine summa ratione non possunt? Tandem concludit nihil magis esse exploratum quam argumentationem illam quae ex mundi aspectu inferi deos exillere. Quid potest esse tam operum, tanquam perspicuum, cum calum suspeximus; celestiaque sumus contemplati, quam esse aliquod Numen praesentissimum mentis, quo haec reguntur? Non est quod tempus terram in transcribendis aliorum Ethnicorum textibus, cum cuique obvii sint.

VIII. Tibi Aethem effinge, qui templum D. Marci Venetiurum prospectans enunet: Machina ista e montis cacumine tora devoluta in hanc pulcherrimam formam le ipsam disposuit. Lapides ipsi, & marmora ipsi fue-

rant artifices, sese dolarunt, atque in arcus, & bases sese locarunt. Pavimentum illud, & tectumque tanta lapidum varietate contextum, semetipsum, artifices omni lubato, commixit. Si quis Aethem in publica platea tanta blateraret, nonne ut illius desideretur? Quenam porro fit illius amentia dum prodigiosum hoc universi templum, immensumque theatrum sortito factum efficit, tute index esto. Eiusmodi spiritus fortes sapientumque primipulos urgeas velim ut explicent partes unius muscae, aut pulvis, ut artificum tam parvi corporis exponant. Videbis illos velut pulices, & muscas obmutescere.

## CAPUT VII.

Scriptura sacra, & Patrum sententis eadem veritas illustratur.

I. Quae rationes ethnici Scriptores promittunt in Divinitatis favorem, eas prius tradiderunt divini Scriptores Deo ipso revelante, & aequo postea solo calamo explicarunt Patres. Non est ergo infirmum, sed validissimum argumentum ad devincendum Aethos, si ostenderimus tum Ethnicos, tum Dei Prophetas, tum Christi Doctores in eadem conspirare sententiam, eisdem operationibus evincere Deum esse. Porro Propheta David innatit nobis esse Dei cognitionem scribit Plal. xv. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Subdit vero, caelos ipsos Dei maiestatem predicare: Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Dies diei enuntiat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Plalm. xviii. Propheta Iobus cap. xii. Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia caeli, & indicabunt tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod manus Domini haec omnia fecerit? Anctor Libri Sapientiae cap. xiii. A magnitudine enim speciei, & creature, cognoscibiliter poterit Creator horum videri, I. Iaias cap. vi. Plena est omnis terra gloria eius. D. Paulus ad Rom. i. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.

II. Quod vero rei summam conficit, est quod Deus ipse, qui tam conceptis verbis se in operibus suis videndum omnibus exhibuisse testatur, praedicat, impios fore qui pravo corde, quamquam repugnante mente, illum negatum sint: Dixit insipientes in corde suo: Non est Deus: Plalm. xlii. Item Plalm. lxxii. Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis? Item Plalm. xciii. Vidam, & ad-

re-



nam interfecerunt, & pupillos occiderunt; & aliorum: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Tandem D. Paulus ad Rom. 1. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis; & obsecravit est insipienter cor eorum.

III. Multitudo ergo Atheorum, qui his corruptissimum temporibus Deum impio corde, & ore blasphemio negant, mirum in modum Deum esse confitentur. Quandoquidem eorum impietas tamquam evidens argumentum nobis offendit veritatem esse Dei predictiones, quibus revelavit sceletos, perfidiosque fore, qui ad extremum prolapsi iniquitatis, Iudicem de throno deicere vellent, ut criminum poenas evaderent.

IV. Aliqua Sanctorum Patrum testimonia in medium afferamus. Athanasius fuso, ac elegantissimo calamo argumentum istud pertrahit in Libro contra Gentes. Pauca dumtaxat hoc transcribam. Equus a vero esse (inquit) qui caelestem orbem intuetur, ac Sole, Lunaque circos, & reliquorum sitis, conversationisque fructum, quae tametsi inter se differunt, nondum tamen ordinem sine ulla varietate retinent, non statim intelligit; non a seipso illa regi, sed esse aliorum qui hoc moderantur & continent, auctorem eorum; & opifcem? Qui orientem per diem Solem aspiciens, & splendentem nocte Lunam, eandemque partibus semper interioribus latitudinem incrementa, ac decreta capientem; cum stellarum alias discurrentes, miraque varietate cursus suos peragentes, alias circa evagatione constanti agitatione convulsas; non aliquem esse sentiat qui eis presit, a quo sint condita? Et paulo post subdit: Necessse est cogitari aliquem, animaque percipi Dominum, qui in unam ipsa coegerit, ac deinceps, atque ad societatem & concordiam adduxerit: qui tametsi non videtur oculis, ex ordine tamen, & dissidentium iudicem verum, ac sibi multum advenientium colligatione cognoscitur. Nam ut eritatem ampliam, ac magnificam sit, quis videt ex immerita hominum multitudine collectam, quorum non unus habitus sit ac conditio; sed alii pupilli sint, aut magni: alii divites, aut egentes; senes item, ac iuvenes; mater, ac femine: eosdemque omnes animadvertat recte, atque ordine vivere inter se, summam pacem, & concordiam, ut neque divites contra pauperes insurgant, neque magni contra pusillos; & neque adversus senes adolescentes; sed inris inter se aequalitatem constantem teneat: haec, inquam, si viderimus, statim cogitabimus adesse tibi Principem aliquem, qui

hanc tranquillitatem publica pacis administrat; esse nondum oculis eum nostris adproximus. Propterea quod & ordinis perturbatio, nullum esse qui presit, iudicio est; & ordo ipse gubernatorem offendit. Sic dum in corpore membrorum inter se concordiam videmus, in quo neque oculus cum auro pugnat, neque manus a pede dissidet; sed unumquodque citra disensionem munere suo, & officio fungitur: ex eo profusus intelligimus, animam in illo inesse corpore, quae hoc omnia moderatur, quaevis oculis ea non sit exposita. Sic ex universitatis ordine, ac concentu Principem, & administratorem intelligi necesse est Deum.

V. Gregorius Nazianzenus oratione xxxiv. Etenim quod Deus sit, inquit, ac princeps quadam causa, quae res omnes procreavit, atque conservat, cum oculi ipsi, tum lex naturae docet: illi dum res aspectabiles intendunt, easque & pulchre fixas, & stabiles esse, & progredi, atque immotae, ut ita dicam, moveri, volubique perspicitur; haec autem dum per res oculis subicitas, ac recto ordine collocatas, auctorem eorum conjectura quadam colligit, & assequitur. Quomam enim modo universa rerum haec moles vel producta inquam fuisset, vel confisteret, nisi Deus omnia in rerum natura protulisset, atque conservaret? Quomodo enim quispiam citharam pulcherrime videns elaboratam, eiusque concinnitatem, & ordinatam dispositionem; aut etiam citharae cantum ipsius audiens, nihil aliud quam citharae fabricatorem, ac citharadum cogitabit; & ad ipsum recurret animo, etiamsi de facie minime cognoscit: sic etiam nobis eorum quae condita sunt, artem, atque motum; & conservans causa manifesta est, tametsi mente non comprehendatur. Animis profecto hebes & stolidus est qui non hucusque sponte progreditur, naturaliumque demonstrationum vestigia sequitur.

VI. Sanctus Ioannes Chrysothomus ius populari, ac validissima eloquentia hoc idem argumentum pertrahit in Psalm. xlii. Non est fundamentum, (inquit) & quomodo stat edificium? Non est carna, & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis, & quomodo navis compacta est? Non est edificator, & quomodo domus facta est? Non est architectus, & quomodo urbes conditae? Non est agricola, & quomodo agri tulerit manipulos? Non est musicus, & quomodo in mundi huius apparet concentus? Non est qui praevidet, & quomodo per omnia pervadit providentia? Non est auriga, & quomodo elementarum quatuor cursus agitur? Non est stativarius, & quomodo

do homines veluti quadam statu, in mundo facti sunt? Non est fornicis constructor, & quis tibi celi fornicem construxit? Non est artifex, & quis veluti discum aureum tamquam in mensa Solem in celo posuit? Non est qui ferat lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte?... Quaecumque in mundo sunt, agunt, & exercentur, habent qui eis presit, eaque perficiat; & solus mundus non habet qui eum administrat?

VII. Post Patres Graecos ex Latinis in medium prodeat iohannes Augustinus, aliis plurimis omissis. Porro is in Psalm. lxxiii. prope finem haec scribit. Videat qui potest, credat qui non potest, esse Deum. Et stridet qui potest, numquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Non video, inquit, quid credendum sum? Anima enim tua videtur, ut opinor? Stulte, quomodo tuum videtur; animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solent videri, quare non sepelitis? Miratur, quia dixi: Si corpus tuum tantum videtur, quare non sepelitis? Et respondet (sapi enim ad hoc) quia vivo. Unde scio, quia vivis, curis curantur non video? Unde scio? Respondis, quia loquor, quia ambulo, quia operor. Scitis, ex operibus corporis agnosco viventem: ex operibus creature non potes agnoscere Creatorem? Et scitis quis dicit: Cuius mortuus fueris, postea nihil ero. Et litteras didicit, & ab Episcopo didicit hoc, nescio quo desiro Philosopho, vel potius anatore vanitatis, non sapientia, quem ipsi etiam Philosophi potius nominaverunt. Si plura cupis, lege Lactantium Lib. II. cap. viii. & communiter Patres omnes; quos breviter gratia praefero.

## CAPUT VIII.

Demonstratur unum esse Deum confessione iam ipsorum Gentilium, tum Patrum, & ratione.

I. Deum esse, huicque probatum est. Ego sum, inquit Deus ipse: subdit vero: Non habebis deos alienos coram me: Exod. xx. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est: Deut. vi. Reliquum est ergo ut ostendatur, hunc Deum, quem existerit evicimus, unum esse. Hoc porro primum evincitur consensu ipsorum Gentilium. Seneca Lib. IV. de beneficiis cap. vii. Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellere. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum Patrem, & Herculem, ac Mercurium nostrum putant. Sic hunc naturam voca, Saturnum, fortunam: omnia

Cuar. Theol. Tom. I.

eiusdem Dei nomina sunt; varie utentis sua profestare. Clarius hoc aliter Lib. II. nat. quereit. cap. xiv. Hic vero altissimus error iste non tenet... Sed eundem, quem nos, Iovem intelligunt cyprium, retinereque iuraverit, animum, ac spiritum, mundum huius operis dominum, & artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? non errabis... Vis illum providentiam dicere? recte dicet... Vis illum naturam vocare? non peccabis. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse enim esse totum, quod vides, totus huius partibus indatus, & se sustentans vi sua.

II. Maximus ethnicus epistola data ad S. Augustinum haec scribit: Equidem unum esse Deum sumam, atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus, neget esse certissimum? Huius nos virtutes per mandatum quibus distipulis multis vocalibus invocamus, quoniam nomen eius cuiuslibet proprium ignoremus. Nam Deus omnibus religionibus communis nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quaedam membra caprim videris applicationibus profingunt, totum colere profecto videamus. Quatuor Pythagorae haec habet: Rediitque dii erga primum summumque mente cognoscendum sic se habent ut chorus ad coriphoeum, & milites ad duces. Plato epistola ad Hermenem & Corileum apud Stoaeum in Eclogis scribit: Opifex dicit Principem omnium deorum & qui sunt, & qui futuri.

III. Lactantius Lib. II. cap. i. Cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iovem, aut deos multos, sed Deum nominant. Ado ipsa veritas, cogente natura, etiam ab imis pectoribus erumpit. Hoc ipsum docent Iulianus, Clemens, Eusebius, referuntque sequentes verius.

Unus profecto est, unus est tantum Deus, Qui caelum, & amplum condidit terre globum, & ratione.

Mariisque fluctus, vimque ventorum gravem. Plerique nostrum, mente sed capri, deunt: Simulacra nobis, ceu mali solatium, Cum iuxta, atque acerua consecravimus, Sive aeneas, eburneaeque imagines. Saceris & istos colimus: his festos dies Agimus: pios hoc esse non remur modo.

IV. Atque ut plurimos mittamus Scriptores ethnicos, D. Augustinus ipse testatur pluribus in locis Gentios Philosophos unum coluisse Deum. Libro namque de Civ. Dei IV. cap. vi. haec scribit: Modo autem ne sit necesse per civitatem discorrere, Deus, de quo multi a Poeta nobilissimo dictum putant: Deum namque ipe per omnes

B

Ter.